expendat quam communis vtilitas rationabiliter requirit
Non pro consanguineis amicis propinquis aut so-
roribus nepotibus ditandis aut admissiaꝰ tra-
dendis aut vestiendis vel nisi quantum necessitas
aut vtilitas communis monasterii requirit alias
merito crimen sacrilegii et furti committit formi-
dat Et vtinam nullus talis inveniretur Sed
vtrum prelatus religiosus possit sine vsu
rerum limitatum siue restrictum et eciam aliis con-
cedere talem cessante vicio proprietatis Ad hoc non
improbabiliter respondetur quod tam ipse prelatus quam eciam
alii sibi subiecti eo dispensante possunt sine vsu
rerum stante causa rationabili que potest esse duplex
scilicet necessitatis seu vtilitatis quarum quelibet est duplex
scilicet priuata et communis Priuata quantum ad necessita-
tem vt si facultates destituti monasterii adeo
tenues esset quod non possunt omnes de ipsis suste-
tari vel infirmitas aliquorum exigeret vt ali-
cui aliquid super adderetur tamen cum volutate
resignandi ad requisicionem prelati Communis autem
necessitas vt cum alicui officiali creditur ali-
quid expendendum in vsus maiores aliorum Sic
eciam vtilitas quedam est priuata vt in concessione
librorum vestium et aliarum rerum in hiis que ad
spiritualem pertinet edificacionem proprie persone tamen
cum voluntate reddendi cum fuerit a prelato
requisitus Sic de communi vtilitate dicimus de
fratribus in studio commorantibus aut in itinere pro communi
vtilitate directis aut in curia romana aut

Duplex causa